



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

126. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

De eadem re. *Ex Concilio Triburienſi.*

C X X V I. Ut , si possit fieri , mortui non Conſil. Tri-
alibi ſepeliantur præter ad Eccleſiam , & dein- bur. c. 15. 16.
ceps nihil exigatur pro pretio ſepulturæ.

De eadem re. *Ex eodem.*

C X X V I I. Dictum eſt in quibusdam Io-
cis pro perceptione chrismatis numos dari fo-
lere , pro baptismo , & communione. Hoc ſi-
moniacæ hæresis ſemen detestata eſt sancta
synodus & anathematizavit , & ut de cetero
nec pro ordinatione nec pro chrismate vel
baptismo nec pro ſepultura vel communione
quicquam exigatur , ſed gratis dona Christi
gratuita * diſpensentur.

Burchard. lib.
4. c. 101.

* Burchard.
diſpensatione
donentut.

De infantibus mortuis , per neglegentiam
non baptizatis. *Ex Pœnitentiali,*
cap. xvii.

C X X V I I I. Pariens femina , cuius filius
per neglegentiam non baptizatus obierit , an-
num unum pœniteat , & nunquam fit ſine ali-
qua pœnitentia. Si ſacerdos , ad quem perti-
nebat , vocatus fuerit ad baptizandum infan-
tem , & venire neglexerit , ipſe ſecundūm
damnationem animæ judicio Epifcopi ſui ca-
ſitetur. Sed & omnibus fidelibus licet , ubi
fortè morituros invenerint non baptizatos ,
immo præceptum eſt , omnes animas eripere à
diabolo per baptisma , id eſt , benedicta aqua
ſimpliciter in nomine Domini , & baptizare
illós in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti
intinctos aut ſuperfuſa aqua. Unde oportet

Vide lib. 2. c.
60. & ſeqq.

F